



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

V. Bischof Rudolph von Halberstadt genehmigt einen Gütertausch zwischen Hillersleben und Walbeck, am 11. April 1145.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

Albertus de Goflaria prepositus, Otto, palatinus comes, Adelbertus, marchio, Conradus, marchio, Henricus, marchio, Ludeuicus, comes, Otto, comes, in Hildeleue aduocatus. Actum est istud in Halberstad, in pascha feria tertia, Anno dominice incarnationis M^o. C^o. XXX^o. V^o. Si quis autem hoc nostre restitutionis atque donacionis monumentum infregerit, imperialis maiestatis reus erit. Amen.

Gerden's Cod. I, 6.

V. Bischof Rudolph von Halberstadt genehmigt einen Gütertausch zwischen Hillersleben und Walbeck, am 11. April 1145.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Rodolfus, dei gracia halberstadenfis episcopus, Notum sit omnibus cristifidelibus tam futuris quam et presentibus, qualiter dominus irminhardus, hildesleuensis cenobii abbas, ac hartmannus, wallebecensis prepositus, quedam ecclesiarum suarum predia pro commoditate et situ eorundem prediorum utrilibet monasterio adiacencium cambiando commutare pari consilio ac uoto sui fratrumque suorum consenserunt. Igitur III^{or} mansos in villis mendorp ac wallendorp, quos hildesleuensis ecclesia a longis retro temporibus possederat, cum omnigeno ex ipsis commoditatum prouentu prefatus abbas wallebecensi ecclesie ex hoc et omni in futurum tempore perpetuo iure possidendos tradidit, et reciproca uiciflutudine suscepit predium, quod, situm in ripis albie et ore fluminum, in Villa elbui dicta, hactenus wallebecensi ecclesie pertinuerat, quatinus ipsum deinceps predium cum omnibus utilitatibus suis et attinenciis, terris scilicet cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, filuis, piscationibus, questis et acquirendis in cuncta posteritatis tempora hildesleuense monasterium inconuulsa firmitate possideat. Addidimus etiam ex nostro, ut si abbas et fratres ipsius agriculturam in predicta uilla habere uoluerint, decimam de nutrimentis pecorum suorum ex nostra donacione in perpetuum libere possideant. Hec ergo donacionis actio et commutacionis pactio, a prefatis utriusque ecclesie prouisoribus et fratribus aduocatisque uicissim collaudata, et generali sinodo halberstadenfi coram sacro et venerabili clero et omni populo recitata, nostra pontificali auctoritate cum terribilis banni interminacione et sigilli nostri impressione legitime est corroborata. Eius donacionis siue pactionis testes fuerunt: Ex parte hildesleuensium Dominus ekbertus hugisburgenfis, sygobodo hilfeneburgenfis, abbates, Martinus, maioris ecclesie prepositus, et erpo, decanus, adelbertus, marchio, et otto, filius eius, otto, comes de hildesleu, aduocatus eiusdem cenobii, cum thiderico, fratre suo, hinricus de wichmansdorp et alii complures. Ex parte uero wallebecensium: fredericus, comes palatinus, eiusdem ecclesie aduocatus, et filius eius albertus, hinricus, prepositus, et reynfridus, decanus, Irmingat, marchionissa, fredericus, marquardus, ekehardus, nobiles; Retherer, hugo, adelbertus, fridericus, adelgoz, ministeriales, alique complures. Datum III. idus aprilis, per manum domini rodolfi, halberstadenfis ecclesie episcopi, Anno dominice incarnationis M^o. C^o. XL. V^o., Indictione VIII.

Cop. I, fol. 14.